

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo**

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

Alius error Iustini, Petronii, Martialis, Augusti, Strabonis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

afflictiones, quæ illis diebus olim patribus ipsorum contigerunt, celebrare solent. Videri de his potest Synagoga Judaica magni Bux.  
Bux. Syn.  
torfii, qui de singulis agit pro-  
lixe. Sed præter ea jejunia, quæ  
singulis annis statu tempore re-  
currebant, alia adhuc sæpe pro-  
re nata indicebantur. His tempo-  
ribus quibus solemniter jejunab-  
ant, nudis pedibus incedebant  
Judæi. Cum vero Juvenalis ac-  
cepisset, nudo pede ad Flori tribu-  
nal accessisse Berenicen, & in usu  
Judæis esset ut jejunii tempore in-  
cederent nudipedes, errore sui  
ævi, sabbatha ab ipsis regibus  
mero pede, id est nudo, obser-  
vari cecinit. Scilicet cum Judæi  
non ipsis Sabbathis, hoc est sep-  
timo quoque die, quem religiose  
colebant, sed jejunii diebus nudis  
pedibus incederent, id accepit Ju-  
venalis perinde ac si Sabbathis id  
ipsum observarent. Eadem ratio-  
ne, qua errorem alium à veteribus  
commisum scimus, qui Sabba-  
thum jejunio celebrari à Judæis  
volunt. Hanc communem quon-  
dam opinionem fuisse, non inepte  
quis

288 De CALCEIS HEBRAEOR.

Iust. l. 36. quis colligat ex his Iustini verbis:  
cap. 2. Moses, Damascena antiqua patria  
perita, montem Synan occupat, quo si-  
zem dierum jejunio, per deserta Ara-  
biæ cum populo suo fatigatus, cum  
bandem venisset, septimum diem more  
gentis Sabbatum appellatum, in omni  
œcum jejunio sacravit: quoniam illa  
dies famem illis erroremque finierat:  
Eundem errorem paſſim, apud  
Poëtas qui Judaicam gentem ex-  
gitant, reperimus. Petronius in  
Epigrammate quo Judæos pro-  
ſcindit:

*Et non Jejuna Sabbathalge premit.*

Martialis quoque:

*Quod jejunia Sabbariorum:*

Suet. in  
vita Aug.  
cap. 76.

h. e. Iudæorum, qui Sabbathæ je-  
junio celebrant. Idem ipse Augu-  
stus apud Suetonium putavit. Ne  
Judæus quidem, scribit, mihi Tiberi-  
sam diligenter Sabbathis jejunium ser-  
var, quam ego hodie servavi, qui in  
balineo demum post horam primam no-  
ctis duas buceas manducavi, priusquam  
ungi inciperem. Neque ab hoc er-  
rore immunis fuit Strabo. Sed  
nihil à Iudæorum moribus magis  
alie-

Strabo  
Geogr.  
lib. 16.